

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1631**

Paraphrasin in Epistolam, & Exegesin in Euangelia, vna cum suo sermone,  
habes in tomo secundo de Sanctis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

## IN DOMINICA SVPER SANCTISSIMAE

Trinitatis, Epistola beati Pauli Apostoli

ad Romanos XI.

VI

**A**ltitudo diuitiarum sapientia & scientia Dei. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inscrutabiles viae eius? Sapien. 9.  
Elaia 4.  
Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribueret ei? Quoniam ex 1. Corin. 1.  
ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor & gloria, in scula seculorum, Amen.

## PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

**M**ulta ad Romanos Paulus scribens, tractauerat de fide, de gratia, de merito, de lege, de praedestinatione, unde à curiosis multæ possent fieri quæstiones, quare scilicet Jacob elegit, Esau verò odio habuerit? Cur aliorū miseretur, alios inducat, seu indurari finat. Alium hic corrigit, tanquam Pater, alium impunè finit peccare & perire. Deinde, quare primum Iudeos & postea Gentes elegerit, nouissimè tandem iterum omnē genus Iudeorum ad se conuertet. Harum omnium ac similiūm quæstionū ne quis solutionem querat, vna generali admiratione, tacens omnem aliam responsonem singularem, cuncta hæc ambigua soluit, & dicit: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quæ absque iustitia & ratione æqua nihil agit. Si enim unus passer in terram absque Dei prouidentiæ non cadit, quomodo maiora atq; humana reguntur absque sapientiæ & prouidentiæ Dei? Hanc autem nobis scrutari, aut huius inuenire rationem nobis est impossibile. O igitur altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, nunquam non iusta, sed tamē quomodo iustissima sunt & reuerenda, nos pro maxima parte later. Et quam inuestigabiles viae eius quas ambulat? Nemo enim secretas illius iustitiæ regulas perscrutari potest, nemo inuenire, nemo penetrare. Quis enim cognovit sensum Domini? Nemo profecto, quia secretum eius nemo conscientia hominum. Aut quis consiliarius eius fuit Deum instruens? Aut quis prior dedit illi, qui per hoc meruerit, ut retribueretur ei? Nemo enim dare potest, quod non accepit. A quo autem accepimus omnia, aut cuius sunt quæ habemus omnia, nisi Dei? Quoniam ex ipso, id est, ex Patre, & per ipsum, id est, per Filium, & in ipso, id est, in Spiritu sancto sunt omnia. Aut, ex ipso sunt omnia, tanquam è creatore, per ipsum verbum, seu sapientiam omnia sunt, id est, gubernantur, in ipsa bonitate Spiritus sancti omnia conservantur. Ipsi gloria sit. Cui ipsi sit gloria? Ipsi ex quo omnia, & ipsi per quem omnia, & ipsi in quo omnia, ut idem intelligatur unum, quo ad substantiam, trinus autem distinguitur in personis.

## EIVSDEM DOMINICAE SANCTISSIMAE

Trinitatis, Epistola altera, iuxta quorundam ritum

Ecclesiærum B. Pauli Apost. II. Corin. XIII.

HHH 3 Gaudet.

**C**AUDORE, perfecti estote, exhortamini, idem sapite. Pacem habuite, & Deum pacis & dilectionis erit vobis. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus fit cum omnibus vobis, Amen.

## PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Ioan. 1.

Matth. 5.

1. Cor. 1.

Eph. 4.

2. Cor. 13.

Ioan. 3.

Galat. 4.

1. Petri 2.

Trinitatis  
personarum  
in diuinis ac  
seriis.

**G**audere de gratia Domini nostri Iesu Christi, qui vos vocavit potest. Gremque dedit filios Dei fieri. Gaudete quoque de secura vestra conscientia, quæ vos non reprehendit, nec aliquid retinetis in ea mali, quod vobis placeat repositum. Perfecti estote, non ut nihil vobis adjici ultra post factum in virtutibus incrementi (hoc enim modo Deus solus est perfectus) sed ut perfecti sitis, quibus nihil ad salutem, & iustitiam desti, quod sit vobis necessarium. Exhortamini alius alium, quo promoueat fratrem suum vniuersaliter ad meliora. Idem sapite, ne in vobis dissensiones inueniantur, & schismata. Pacem habete inter vos, supportantes inuidem in charitate, pacemque habete cum Domino Deo, ne ab eius voluntate dissentiat. Quod si feceritis, Deus pacis & dilectionis autor, atque largitor, erit vobis. Gratia Domini nostri Iesu Christi, qua nobis gratis peccata nostra donavit. Charitas Dei, qui sic mundum dilexit, ut Filium suum daret unigenitum in mortem, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam eternam: & communicatio sancti Spiritus, qui tam Patri in dilectione, quam Filio in misericordia, & gratia nobis imparienda communicavit, cooperans nostram salutem, sit cum omnibus vobis. Hæc enim Trinitas salutis nostræ perfectio est. Charitas namque Patri misit nobis Filium suum, Filius scipsum nobis tradidit in redemptionem & precium, auferens a nobis chirographum delicti, & sententiam mortis. Spiritus sanctus, ut hanc gratiam percipiamus, possideamusque salutis, sui communicatione facit.

EXEGESIS EVANGELII IN DOMINI  
ca Sanctissima Trinitatis, Ioannis III.

**H**odie octaua sunt Pentecostes, quibus memoria adhuc recolitur misericordia, & donorum Spiritus sancti, quæ porosissimum nobis in regeneratione nostra spirituali infunduntur, hoc est, in baptismino in quo renascimur, in fide, & in nomine sanctæ Trinitatis, cuius hodie solemnè festum seruat Ecclesia, & Euangelio satis congruo veitur, in quo memoria sit Spiritus sancti, & regenerationis nostra. In hoc Euangelio inuenitur Trinitatis personarum in diuinis assertio, hec dixi. Siquidem Pater significatur cum sua potentia, in hoc quod dicitur: Nemo potest haec signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Exprimitur Filius persona cum sua sapientia, ubi dicitur: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Exprimitur Spiritus sancti persona cum sua bonitate, ubi dicitur: Spiritus ubi vult spirat. Sic ergo dicit sanctus Ioannes:

Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps ludeorum.

Describitur nobis Pharisæus quidam ac princeps, legisque doctor, qui de

felic

Dou  
quâ  
con  
Erat  
pri  
sed  
ea m  
& sa  
ven  
qua  
qui  
aud  
Chr  
excus  
nit  
Chr  
ter n  
veri  
nisi  
tur,  
alio  
sto d  
mul  
veri  
illu  
conf  
Vide  
dem  
am c  
tacem  
extin  
Dom  
Dei  
hil d  
ip  
nat  
inten  
quor  
ante